



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 147. Alternans belli fortuna Hispanos inter, & Batavos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

§. CXLVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1616.*Alternans belli fortuna Hispanos inter & Batavos.*

Dum hæc interea apud Insubres gerebantur, Fœderati Belgii milites Lichtefortum non procul a Grolla distans oppidum Monasteriensibus eripuerunt: vicissim vero Marchio Spinola Schermbocum Cliviæ oppidum occupabat, necnon Hispani in diversis Juliacenſium Regionum præſidiis deliteſcentes paulo poſt ad Rheinbercam & Veſaliam magno numero confluxerant, & ductore Henrico Monteni Comite Dorthmundam contendentes, cum cives ſe Cæſaris imperio ultro ſubjicerent, urbem nulla hoſtili moleſtia affectam capere, promotis vero caſtris Henricus Suſatum, & paulo poſt Lippiam inſiſit, præſidiumque pactis quibusdam conditionibus utrique urbi impoſuit: Ferventibus autem hiſce tumultibus in Juliaceniſi, finitimisque regionibus omnia itinera, Pagi & oppida deprædationibus, & latrociniis per milites exauctoratos adeo infeſta reddebantur, ut

pienſiſſimus Dux Neoburgicus Wolfgangus Guilielmus Düſſeldorpii die viſigeliſima octava Martii edictum promulgare, ac omnibus Magiſtratibus ſevere

N a 5

præci-

Sæc. XVII. præcipere cogeretur, ut in ejusmodi
 A.C. 1616. latrones diligenter inquirerent, nemini
 hospitium, subsidiumve ullum præbe-
 rent, nec illos ullibi pernoctare sine-
 rent, sed eos ex finibus suis mox ejice-
 rent, aut carcere, & vinculis coerce-
 rent. Demum Mense Octobri nova dif-
 fensio inter eundem Principem, &
 Brandenburgicum Ducem exorta est,
 propter vectigal in Rheno olim Bude-
 rici persolvi solitum, ac Resam trans-
 latum, quod Neoburgicus Buderici
 rursus exfolvi præceperat, obsistente
 Brandenburgico.

§. CXLVIII.

*Sex Prælati a Paulo V. ad Roma-
 nam Purpuram evecti.*

*Ciacon. in
 vita Pauli V.*

Hoc item anno die decima nona Se-
 ptembris Paulus V. Pontifex Ma-
 ximus Purpuratorum Collegium sex
 Cardinalibus recens electis auxerat.
 Hos inter primus erat Alexander Ludo-
 visius patria Bononiensis, qui ex Archi-
 episcopo ejusdem Urbis absens Pres-
 byter Cardinalis tit. S. Mariæ Trans-
 pontinæ electus est. II. Ladislaus
 Aquinates patria Neapolitanus, Pres-
 byter Cardinalis tit. S. Mariæ super Mi-
 nervam. III. Octavius Belmustius
 Genuensis, Cardinalis tit. S. Caroli ad
 Cati-